

Spiridon
distinguit
cibos
(u. s. m.)

mana, propter dogma de necessitate celebrandi
diem paschæ iuxta lunationes, & consecrandi
in azimo. Sed nihil opus est longa disputatione,
cum exemplum Spiridonis Episcopi clare
ostendat patres sensisse obseruationem traditio-
num pontificarum non necessariam esse. Is enim
contra suum hospitem, qui dicebat se non uesci
carnibus die ieiunij, propterea quod esset Chri-
stianus, allegat Pauli sententiam, Nam omnis cre-
atura Dei bona est, & nihil reiectum quod cum
gratiarum actione recipitur. Et addit ob hanc
ipsam causam, oportet te uesci, quia Christianus
es. Hic hospes assensus est Episcopo recte mo-
nenti, & gratiam agit pro doctrina.

Articulus 27. Louanien.

Recte fit in ecclesia quod san-
ctos in cœlis cum Christo agen-
tes ueneramur, & inuocamus
ut pro nobis orent: quorum etiam
meritis, & intercessione, Christus
nobis hic multa largitur, aliâs non
largiturus: per quos etiam miracula
multa in terris operatur.

Articu-